

XXVII.

Intractandis verò signis *Diagnosticis* Icteri flavi, sequamur ordinem causarum à nobis propositarum, ubi primum occurrit, sanguinis corruptio à veneno epoto aut virulentarum bestiarum morfu: Si ergo Icterus ab ejusmodi causis proveniat, constabit id ex assidentium vel ægri relatione, sin minus, venenum sese alijs signis, ut subitâ virium dejectione, lipothymiâ Syncope & alijs venenum prodentibus manifestabit, de quibus omnibus consulatur *Forest. obs. lib. 30. obs. 2.*

Signa Icteri flavi conficiantur vel in yre. In yre communia Icteri flavi sunt. Dolor compressivus in cordis fossa, q. sæpè tibi cedit, illig. e. p. n. u. i. g. i. b. ut et hunc dolorem nulli flavitie sese adhuc manstante quam Ictericam sapientibus videri potest. Dulces videntur potus Ictericis amari q. admiratione dionum. b. h. c. g. Sig. Ictis, Prunty In specie partis affectu signa su.

XXVIII.

Si ab *Intemperie Epatis calida*, sine inflammatione, obstructione & scirrho gignatur: nulla adest gravitas in hypochondrio dextro. Urinæ & feces alvi croceo colore tinctæ sunt, quia adhuc aliquabilis portio in alvum profunditur: Pulsus velox & frequens, pedes & manus calent, aliaque signa *Intemperiei calidæ* adsunt.

Academiarum it attractio c. g. Sig. Ictis, Prunty In specie partis affectu signa su.

XXIX.

Cum ab *Epatis Inflammatione* fiat; cognoscitur hoc ex præcordiorum tensione, biliosis dejectionibus; febris occurrit vehemens, variè faciei color mutatur, ægri sitiunt, & dolorem ac gravitatem dextri hypochondrij percipiunt: Urinæ bile vehementer tinctæ, pulsus durus & crebrior, aliaque inflammati jecoris signa.

XXX.

Sequuntur signa, ex causis quæ bilem in corpore detinent, evacuationemq; impediunt, petita. Et primò se offert *obstructio*, ubi diligenter dispiciendum, an Epatis, an verò vesiculæ felleis obstructio adsit. Si *obstructio vesicæ biliaris* in causa fuerit, & quidem absq; vitio Epatis; Icterus repentè in vadit, sine febre, sine magna virium aut corporis jactura, juxta *Fernel Path. lib. 6. c. 7.* alvus pigrior est, ejusq; dejectiones albicant, Urinæ biliosissimæ sive ex flavo & rubro nigricant. *Senn: loc. sæpe alleg.* Si à *calculo* obstruatur, cognoscitur hoc ex diuturnitate affectus & si efficacissimorum medicamentorum usu malum non cedit. Sin *Epatis obstructione*: gravitas adest cum dolore obtuso, tussis, spirans.

in dextro hypochondrio